Lib. XLI.
Tit. I.

De acquirendo rerum Dominio.

§. 1. ***Dominium***, quod conſiſtit in libera poteſtate de re illâ diſponendi, illâque utendi, vel alteri ejus uſum concedendi: paucis, in proprietate. l. 13. h. t. acquiritur variè.

Acquiſitionis hujus no t. 1. ***Subjectum***. 2. ***Objectum***. 3. ***Forma*** ſ. ***Modus***.

(1) ***Subjectum*** quod acquirit, ſpectatur

1. ***Limitatè***, idque
vel ***naturaliter***. Acquirit enim
1. *Infans* non niſi autore Tutore.
2. *Furioſus*, non niſi ex æquitate per ſolum Curatorem.
3. Pupillus, quatenus infante major, etiam absque tutore.
4. Hereditas jacens acceſſiones, non verò poſſeſſionem & inde Dominium, quia animum non habet.
Omnes tamen acquirunt in cauſis quibus ignorantes acquirere poſſunt.

vel ***legaliter***. Prohibentur acquirere
1. Quibus commercium rerum interdictum ut hæretici, relegati &c.
2. Qui alienæ poteſtati ſubjecti ſunt, extra cauſam peculii caſtrenſis & adventitii.

2. ***Simpliciter*** &c.